

angusta, longiuscula, ad buglossi foliorum similitudinem: habet vero caulis eminentias quasdam secundum angulos porrectas, adiacentibus ac velut annexis foliis tenuibus, que e singulis prodeunt alarum sinibus. Sunt insuper flores lutei, ac semem circa caulem seu verbasci. Totus autem caulis ac folia quoque ipsa, subaspera lanugine horrent, attractaque pruritum excitant. Radices demittuntur foris nigræ, intus candidæ, glutinosæ: quarum etiam est usus. Tritæ & potæ, sanguinem excreantibus ruptisque proficiunt, & recentia vulnera impestive glutinat: carnium quoque frusta quibuscum coquunt cogunt ita ut coalescant. Ceterum inflammationibus, praesertimque sedis, cum senecionis foliis utiliter illihuntur.

De Holosteo. CAP. XI.

HOLOSTIVM herba est pusilla, tribus ferè quatuor dgitis sepe supra terram attollens, foliis viticulisque coronopodiis aut graminis proximis, gultu astringentibus, radice prætenui usque in capillamenti speciem, alba, fibrosa, longitudine quatuor digitorum. Nascitur in collibus terrenis. Carnes & haec herba cogit atque conglutinat, dum coquuntur addita: & ad erupta in vino propinatur.

De:

De Stæbe. CAP. XII.

STÆBE vulgaris est notitiæ. Semen & folia astringunt: quapropter eorum decoctum, dysentericis infunditur: auribus quoque purulentis instillatur. Folia verò impedita, oculis i&t;u cruentatis prostant, & erumpentis sanguinis impetus cohident.

De Clymeno. CAP. XIII.

CLYMENON caulem profert quadran-gulum, ceu fabæ, folia plantagini similia: folliculos verò habet supra caulem ita dispositos, ut alter in alterum propendeat, velut in iride ac polyporum cirris. Probatisimum est montanum. E frutice toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis reiectionem in potu efficax est, itemque ad cæliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem: quippe qui astringat simul atque refrigeret. Sanguinem quoque nari-bus erumpentem suppressit. Folia trita aut folliculi si vulneribus recentibus imponantur, ea ita efficaciter sanant, ut etiam ad cicatricem perducant.

De Periclymeno. CAP. XIV.

PERICLYMENON frutex est exiguus ac simplex, habens ex interuallis foliola caulem amplectentia, subcandida, hederacea, ac inter ea nascentia germina, in quibus semen hederae: florem candidum ceu fabæ,

aliquantum rotundum & quasi in folium procumbente: semen durum & quod difficile euellatur: radicem crassam ac rotundam. Nascitur in aruis ac sepibus: conuoluit verò se propinquis fruticibus. Semen postquam ematuruit collectum & in umbra secatum, si drachmæ pondere ex vino bibatur quadragenis diebus, liuenem absumit, lassitudinem discutit, & orthopnoe atque singultui prodest: sed urinas ciet statim à sexto die cruentas. Idem partum quoque accelerat. Sed & folia iisdem sunt praedita viribus, ac tricens septenis diebus epota, sterilitatem in viris facere produntur. Eadem si ex oleo perungantur, febrium circuitibus redeuntium horrores abigunt.

De Trisculo. CAP. XV.

TRIBULVS terrestris foliis est portula-
ce, at tenuioribus: viticulis verò longis
in terra stratis, & spinis secundum ipsas a-
cerbis ac præduri. Iuxta amnes & domo-
rum areas nascitur. Est & alter aquaticus, in
fluminibus nascens: qui quidem comam su-
pra aquas attollit, aculeos verò condit & i-
psis aquis occulit: foliis latis è pediculo lon-
go dependentibus: caule parte summa quam
ima crassiore. Adsunt & ei adnata quædam
capillamenta spicacea: fructus verò durus
est,

est, vti & alterius antè memorati. Ambo astringentis refrigerantisque sunt naturæ: idè contra inflammations omnes catalplasmate utiles. Oris autem vlcuscula, tonsillas, itēmque putredines in ore ac gingivarum vitia sanant. Ex iis etiam succus ad oculorum medicinas exprimitur. Semen utriusque dum recens bibitur, calculosū adiumentum affert: sed priuatim quod è tribulo terrestri eruitur, drachmæ pondere potum impositūmve, commorsos à vipera pristinæ sanitati restituit, & contra venēna etiamnum utiliter ex vino bibitur. Sed & eius decoctum spālsum, pulices necat. Cæterū Thraces, qui ad Strymona amnem habitant, virenti herba equos saginant, nucleum verò dulceni & alendo idoneum ad panificia accōmodant, eoque vice panis utuntur.

De Limonio seu beta cyluefris.

CAP. XVI.

LIMONIVM, aliis neuroïdes dictum, folia habet betæ, verū tenuiora & minora, decēm aut plura: caulem tenuem, rectum, liliaceo æqualem, rubro semine refertum, quod gustu astringit. Semen tñitum, & ex vi-
no acetabuli mensura potum, dysentericis
cœliacisique prodest, ac ruber tem fœminarum fluorem cohibet. Nascitur in pratis &
palustribus locis.

CC. j.

De Lagopode. CAP. XVII.

LAGOPOVS herba sifit aluum è vino potata, aut in febri, ex aqua. Eadem ad inguinum inflammationem adalligatur. Nascitur autem in segetum arcis.

De Medio. CAP. XVIII.

MEDIVM in opacis & petrosis locis nascitur: folia habet seridis, caulem tricubitalem: flores purpureos, grandes ac rotundos: semen minutum, cnicus simile: radicem dodrantalem, baculi crassitudine, gustu acerbo. Hæc arida trita decoctaque, cum melle per aliquot dies in eclegmate sumpta, rubentem fluorem sifit. Semen vero in vino potum, menstrua pellit.

De Epimedio. CAP. XIX.

EPIMEDIVM caulis est non magnus, hederae foliis denis aut duodenis, neque semen, neque flores proferens: radicibus tenuibus, nigris, graui odore, gustu fatuo seu insipido. Nascitur in aquosis. Folia ex oleo trita & mammis adhibita, eas ita cohibent ut ne augescant. Radix spem partus adimit. Folia quoque trita & post menstruam purgationem quinis drachmis in vino pota quinque diebus, præstant mulieribus ne concipient.

De

De Xiphio. CAP. XX.

XIPIHION alij phasganon , alij māchæronion à folij figura vocant. Est enim iridi simile , at minus & angustius , & gladioli modo mucronatum , neruosum. Caulem verò promit cubitalem,in quo purpurei flores certis æqualib[us]que spatiis inter se distantes : semen rotundum : radices geminas, quarum vna alteri insidet, pusillum bulborum figura. Ex his inferior gracilis est , superna plenior & vberior. In aruis potissimum nascitur. Superior radix cum vino & thure imposita , spicula & aculeos è corpore extrahit: cum farina autem loliacea & aqua mulsa, panos discutit : quamobrem eiuscmodi vi præditis emplastris inseri solet. Cier & menses, subdita in pesslo. Aiunt & superiorem radicem potui dātam in vino, Veneris appetentiam facere: inferiorem verò, sterilitatem inducere: superiorem itidem radicem infantibus enterocellicis vtiliter ex aqua propinari.

De Sparganio. CAP. XXI.

SPARGANIUM folia habet gladioli , sed sarcitoria & inclinatiora : ac in summo caule veluti pilulas, in quibus semen. Aduersus venenatarum bestiarum morsus & radix & semen ex vino potui dantur,

Cc. - ij.